



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 98. Primus Præses, & generalis Advocatus ibidem trucidati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

populi petulantia deferbuit: verum haud diu hæc pax vigere cœpit, quippe Conveniensis Præfulis emissarii novis tumultibus fuscitatis quæstionem hanc movebant, an Regi obtemperandum esset: cum vero varia esset opinantium sententia, & non pauci quorundam Sorbonicorum Doctorum decisioni a Tolosana Universitate per decretum confirmatæ insisterent, hinc palam propugnabant, excutiendum esse tyrannidis jugum, ac propriæ securitati consulendum: alii e contra Regi adhucdum obediendum esse, fortiter contendebant.

Sæcul. XVI.
A.C. 1589.

§. XCVIII.

Primus Præses, & generalis Advocatus ibidem trucidati.

Huic disputationi intererat primus Præses, qui etiam affirmantium parti adstipulabatur, eidem suffragante Jacobo Daffio Advocato generali: ille autem tanta adhuc valebat auctoritate, ut ejus jussu hujus rei decisio ad Senatū referretur: ergo die vigesima septima Januarii hanc in rem conventus habetur, cum autem ibidem nil decideretur, populus in rabiem actus rediit in sua rheda invasit, eumque gladiorum ictibus undique petiit: ille tamen furentium impetus declinans ad

Thuan. l. 95.
la Faille annual. de Thou.
Louf. Sanmarth. in
elog. & Thevet.

XX 2

Urbis

Sæcul. XVI. Urbis Prætorium auffugit, atque inde
A.C. 1589. quarto post die exeundi, ac altera ab
 urbe leuca sese recipiendi facultatem
 per Senatus consultum impetravit: ve-
 rum tamen seditiosi huic decreto obfiste-
 tes primum Præsidentem comprehende-
 runt, eumque in ædibus Fratrum Pre-
 dicatorum captum detinuerunt: ne-
 minus Daffius Advocatus Generalis
 qui ruri agebat, comprehendi iussu
 Tolosam abstrahatur carceri ma-
 cipatus: cum ergo seditiosi duos Me-
 gistratus suo arbitrio relictos cerne-
 rent, ambos e medio tollere in-
 tuebant, quæsito obtentu, quod Tol-
 osanam urbem Matignono Marefcallo tra-
 dere machinati essent: quocirca con-
 ventum Fratrum Dominicanorum unde
 que cingunt, portisque admoto igne
 apertis Durantium inde extrahunt sceleris
 ictu trajectum, quo facto una omnes
 eum irruunt, ejusque corpus quam-
 plurimis vulneribus confectum per ur-
 bem raptant, ac patibulo affigunt: post
 ea Daffium Generalem Advocatum e
 carcere educunt, atque ante fores in-
 frustra dissecant: hac autem crudelitate
 nondum fatiati hi rebelles Regis in-
 effigiem Prætorio Urbis affixam abstra-
 hunt, illamque per plateas raptant, cum
 interea alii diripiendis primi Præsidentis
 ædibus intenti essent.

§. XCIX